Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



43

Et lingua mea tota
die meditabit iustiam
tuam. cum confusi et reui
ti fiunt qui querunt
mala mihi. psalmus.
Deus iudicium tuum
regi da. et iustiam
tuam filio regis. Iudi
care populum tuum in
iustitia. et pauperes tuos
in iudicio. Suscipiant
montes pacem populo.
et colles iustitiam. Iudi
cabit pauperes populi. et
saluos faciet filios pau
perum. et humiliabit ca
lumpniatorem. Et p
manebit cum sole. et an
te lunam. in generatione
generationum. Descendet
sicut pluuia in uellus.
et sicut stillicidia stillan
tia super terram. Orietur
in diebus eius iustitia. et
habundantia pacis. do
nec auferatur luna. et
Et dominabit a mari usque
ad mare. et a flumine
usque ad terminos orbis
terrarum. Coram illo
procident ethiopes. et ini
mici eius terram lin
gent. Reges tharsis et
insule munera offerent.
reges arabum et saba
dona adducent. Et ad
orabunt eum omnes re
ges. omnes gentes ser
uient ei. Quia liberauit
pauperem a potente. et
pauperem cui non erat
adiutor. Parcet pau
peri et inopi. et animas
pauperum saluas faciet.
Ex usuris et iniquita
te redimet animas e
orum. et honorabile nomen
eorum coram illo. Et ui
uet et dabitur ei de auro ar
abie. et adorabunt de
ipso semper tota die bene
dicent ei. Erit firma
mentum in terra in summis
montium. super extollet